

1025. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: AUS UND ZU EHRENFRIED WALTHER VON TSCHIRNHAUS, MEDICINA MENTIS

Vorläufige Datierung: [2. Hälfte 1682 (?)]

Überlieferung:

- 5 L Auszug mit Bemerkungen aus einem nicht gefundenen Manuskript der *Medicina mentis* von E. W. von Tschirnhaus: LH IV 8 Bl. 98–99. 1 Bog. 8°. 3 1/2 S.

bearbeitet von Stephan Meier-Oeser

- [Anhaltspunkte zur Datierung:] Bei unserem Stück handelt es sich um ein paraphrasierendes Exzerpt aus der nicht ermittelten Vorform der *Medicina mentis* von Ehrenfried Walther von Tschirnhaus, das mit einigen
10 Bemerkungen von Leibniz durchsetzt ist. Irgendwann in der ersten Hälfte des Jahres 1682 hat Tschirnhaus Leibniz eine Vorform der *Medicina mentis* zukommen lassen. Am 27. Mai 1682 zumindest berichtet Tschirnhaus Leibniz, dass er der Académie Royale des Sciences einen »Tractatulus brevis qui Artis inveniendi Generalia praecepta includit, qui forte Tibi non displicebit« (Tschirnhaus an Leibniz, III, 3 N. 357, Beilage zu N. 356, S. 634), übermittelt habe, der allerdings dort nicht geschätzt worden wäre:
15 »Mein Tractatulum aber haben sie wenig aestimiret« (Tschirnhaus an Leibniz, III, 3 N. 356, S. 622; II, 1 (2006) N. 235, S. 828). Als Leibniz Ende Juni 1682 antwortet, dürfte er den Traktat bereits vorliegen, aber noch nicht gelesen haben: »M. h. H. tractat werde zweifelsohne mit sonderbarer lust und Nuzen lesen, und ersehe gern bereits aus dem so M. h. H. davon gedencket, daß er numehr von einigen aus Cartesio und Spinoza gezogenen praejudiciis befreyet, dagegen ich unterschiedlich mahl geprediget, immaßen ich
20 allezeit davor gehalten, neque cogitationem neque extensionem esse notiones primitivas aut perfecte intellectas. Was sonst M. h. H. in seinem tractat, de educatione, de inquisitione veritatis, und de Medicina ut ita dicam provisionali hat, solches wird zweifelsohne treflich und nützlich seyn« (III, 3 N. 368, S. 655; II, 1 (2006) N. 236, S. 830 f.). Wenn Tschirnhaus einige Tage nach dem 6. August 1682 an Leibniz schreibt: »Weil gesehen daß der H. absonderlich verlangt Meine Medicinam provisionalem zusehen, so habe die
25 wenige Zeit die hier gehabet; hierauff gewendet, und selbige gänzlich absolviret; zweifel nicht daß Sie Selbigen gefallen wird« (III, 3 N. 384, S. 687), so bezieht sich diese Äußerung nicht auf die *Medicina mentis*, sondern auf die *Medicina corporis*, die Leibniz erst später zu Gesicht bekommt. Deshalb notiert Leibniz zu einem Auszug, den er sich aus dem Brief von Tschirnhaus anfertigt: »Weil M. h. H. meine Medicinam provisionalem verlangt so habe sie aufgesetzt (+ postea mihi hic non ostendit +)« (III, 3 N. 384, S. 691). Wie aus einem Brief an Vincent Placcius vom 20. Mai 1687 hervorgeht, hat Leibniz die
30 Ende 1686 in Amsterdam erschienene, auf dem Titelblatt jedoch auf 1687 vordatierte *Medicina mentis* nach ihrer Drucklegung eingehend gelesen (II, 2 N. 43, S. 196). Jedenfalls weiß er seinem Hamburger Freund zu berichten, dass die Unterscheidung von Nominal- und Realdefinitionen und die besondere epistemische Bedeutung der letzteren, auf die er, Leibniz, Tschirnhaus bereits während ihrer gemeinsamen Zeit in Paris aufmerksam gemacht habe, von diesem nun als Grundlage eines großen Teils der Ausführungen in seiner Schrift verwendet werde (II, 2 N. 44, S. 197 f.). Kurz vor der Drucklegung der *Medicina mentis* erscheint auch die *Medicina corporis* 1686 im Druck. Erst in der überarbeiteten Auflage von 1695 werden beide Werke von Tschirnhaus in einem Band unter dem Titel *Medicina mentis et corporis* zusammengefasst.
35 Obgleich auch der zweite Teil handschriftlich kursierte, zumindest übermittelt Tschirnhaus Ende 1683 eine

Fassung der *Medicina corporis* an Huygens (vgl. III, 4 N. 42, S. 91), lässt sich nicht sagen, wann Leibniz davon Kenntnis erlangte. Die Vorform des ersten Teils der *Medicina mentis* jedoch dürfte Tschirnhaus Leibniz Ende der ersten Hälfte des Jahres 1682 übermittelt haben, vielleicht mit seinem oben genannten Brief vom 27. Mai 1682, ohne dies eigens zu erwähnen, so dass Leibniz wahrscheinlich im Laufe der zweiten Hälfte dieses Jahres sein Exzerpt anfertigen konnte. 5

Auch die Tatsache, dass Leibniz weder Autor noch Titel noch Erscheinungsort und -jahr auf seinem Exzerpt vermerkt, was er bei Exzerpten aus gedruckten Büchern in der Regel zu tun pflegt, spricht für eine handschriftliche Vorlage der *Medicina mentis*. Da trotzdem eine große Nähe zu der 1686 bzw. 1687 anonym veröffentlichten *Medicina mentis* besteht, geben wir in eckigen Klammern die Seitenbezüge auf diese Ausgabe an. 10

[Thematische Stichworte:] delectatio, veritas, acquisitio veritatis, cupiditas sciendi, sapiens, tristitia, conceptus, conceptio imaginatio

[Einleitung:] —

[ad p. 10–17] Summa et purissima est delectatio quae ex acquisitione veritatis nascitur, cui nunquam aliam sensi aequiparandam. Et qui ei assueti sunt, facile sensuales voluptates contemnunt, et ab iis abstinere, quo liberius meditationi vacent; quod etiam illi fecerunt, qui talibus ornati erant dotibus, ut facile honores, divitias, ac delicias sibi comparare possent. Sed qui majores delectationes gustavit, facile minores contemnit. Non possumus hic decipi, ut in aliis delectationibus, nam ex veris non nisi vera, nec verendum si certas sequimur demonstrationes ut unquam nostra vel post multa annorum millia convellantur. 15 20

Verum ante omnia danda opera est, ut veritatem ob meram delectationem quae ex ipsa profluit, quaeramus non ob gloriam apud praesentes aut posteros sperandam; ex qua cupiditate magnae perturbationes nascuntur et anxietates. Nam qui vanae gloriae dediti sunt, tristantur, detecta veritate cujus usus statim non apparet, item si incidant in inventa quae comperiuntur jam ab aliis edita, et gloriam videant sibi praereptam; si alii eadem studia feliciter tractent, metuunt ne ipsis gloria praeripiatur, unde invident, et clam adversantur; cum alii laudantur orationem alio deflectunt dolentque se eadem non praestitisse. 25

Qui vero veritatem (per se seu) ob suavitatem quam in ea experitur expetit, hic gloriam parvi facit, scit enim melius quam ⟨alii⟩, quanti suas dotes facere debeat, et an existimatio sua justo major aut minor sit; scit etiam gloriam sibi et fautores et invidos conciliare, ab utrisque tempus eripi et delectationem ex veritate minui. Si inventorum utilitas non appareat, delectatio ipsi sufficit; novit praeterea nihil utilius esse hac dote nova semper detegendi (+ in qua exercenda eo majorem habitum acquirit, quo plura invenit +), delectatur etiam se illa etiam per se potuisse invenire, quae magni viri jam ante cum summa laude produxere. Cum vero infinita 30

17 honores (I) ac (2), divitias L 28 vero (I) voluptatem (2) veritatem L 28 ob (I) voluntate (2) suavitatem L 33 se (I) praestanti (2) illa L

eruenda supersint, non dolet sed laetatur alios ignotarum veritatum indagacioni aptos aperiri, ita enim sine labore multae in animo ejus quotidie excitabuntur delectationes ob tot nova et pulchra quae prodeunt. Et cum aliis inservire studeat maxime, id sui officii esse putabit, rerum inventoribus grata officia praestare; ita enim maxime sibi ipsi inserviet.

98 v^o 5 Sane in universum, qui non nisi ductu rationis veritatem ambirent, nec quicquam aliud agerent, quam ut maxime sibi ipsis prodesse conarentur, eo ipso aliis optime inservient, quod est vere generosum esse, qui vero affectibus ducuntur, et veritatem propter mundi gloriam aliave sectantur, necessario aliis adversantur.

Hinc etiam apparet sapientem infinito intervallo ignaris esse beatiorem. Hi enim semper ad 10 id tantum attendunt quod ipsis deest, inprimis ad mutabilia bona quae maxime aestimant, et quae non possunt non multis modis deesse, unde frequentissima nascitur tristitiae occasio; et quia pretium bonorum quae habent ignorant, puerilis eorum laetitia est. At sapiens cum sciat omni Enti finito infinita necessario deesse, non magis propterea tristatur,¹ quam quod trianguli tres anguli non tribus sed duobus tantum rectis sunt aequales; sed potius considerat bona quae 15 possidet, quanti sint facienda (+ et quomodo alia porro nova bona ex ipsis nascentur +).

Sapiens animi est liberioris majoremque habet potentiam, liber enim est a multis impedimentis et praejudiciis quae tam in meditando quam agendo obsunt. Experimenta scit dirigere ad utilitatem cum alii vel frustra sumtus faciant inquirendo, vel casu vix in eam incidunt, 20 passiones enim semper ex falso supposito oriantur, facilius vincet, quam alii, qui via uti debent magis operosa, et minus tuta. Nam remediis quibus spes praemii aut poenae metus inculcatur, vera passionum origo minime tollitur, unde ad eas tam obliqua via sistendas majore et frequentiore labore opus est, nec tamen scaturigo obstruitur, unde semper novae. At sapiens facile coerces passiones origine cognita; saniore etiam corpore et tranquillitas vitam transigere potest. Unde non major stultis poena irrigari potest ipsa stultitia, nec majus praemium sapi- 25 entibus dari ipsa sapientia (+ unde et visio Dei [+]).

Sapiens minorem tristitiam habet infinitisque desideriiis, curis et anxietatibus solutus est, quas alii ob ignorantiam et praejudicia quibus eorum mens occupata est, tam de praeteritis et praesentibus quam futuris sibi formant. Quae enim hominum mentes maxime turbant, plerumque non nisi mala imaginaria sunt. *Multa per noctem terrori habita dies vertit in risum.*

30 ¹ Im Manuskript sind die drei Zeilen von tristatur bis facienda am linken Seitenrand durch einen senkrechten Strich gekennzeichnet.

1 supersint, (I) eo (2) non L 5 veritatem (I) ambient (2) ambirent L 6 aliis (I) necessari (2) optime L 13 infinita (I) deesse debere (2) necessario deesse L 18 alii (I) vix (2) vel L 19 passiones (I) faci (2) enim L 19 quam (I) <-i> spei (2) alii L 26 Sapiens (I) laetus est, caretque infinitis (2) minorem ... infinitisque L

29 *Multa ... risum*: vgl. SENECA, *Ad Lucilium epistolarum moralium quae supersunt libri*, ep. 104, 24 (lib. XVIII, ep. 1).

Denique plus laetitiae est in sapiente potestatem enim habet innumeras delectationes in suo animo excitandi, quibus animus, non ut in sensualibus satiari potest, sed plus semper delectationis percipit, praesertim cum tam pauci eo pervenerint. Non opus habet ut suis inclinationibus tantopere resistat, sed huic potius tam nobili inclinationi non satis indulgere potest quae in bonum tendunt, quo vehementiora eo meliora. Etiam sensuales delectationes nos magis afficiunt, nec in tristitiam commutantur, quia iis utimur, quatenus prosunt, nec sapientia virtus et tranquillitas uspiam perfecta, nisi ubi conjuncta.

99 r^o

[ad p. 24] Ne unicum quidem exemplum habemus, detectam veritatem intellectu esse difficilem (9).

[ad p. 35–46] Bene distinguenda quae intellegimus et quae imaginamur. Si possumus efficere ut alius aequè bene ac ego rem concipiat, signum est me eam bene concipere; quae imaginamur non semper aliis bene tradere possumus. Miratur vulgus si audit philosophos quaedam non concipere fateri, quae ipsi clarissimae esse putant, ut lucem, calorem. Qui imaginantur tantum nullam mentis repugnantiam quidvis in quodvis mutant. Quae homini naturali seu passionibus et imaginationibus obnoxio imputanda sunt, ea quidam per errorem ascribunt homini intellectuali quem genuina philosophia formavit. Si velis nosse an alius artem aliquam vel scientiam intelligat, simula te ignorare, ut eam te doceat. Objici potest 1^o quaedam forte tantum in conceptu nostro vera fore, non verae in re ipsa. Respondeo sufficere ut apparentiae nostrae et conceptus sint constantes et sejungendae apparentiae constantes ab inconstantibus etiam scepticorum principiis. Et licet manus structuram ignoret aliquis tamen multa manu potest perficere. 2^o obj. Si clarum adeo foret principium cur philosophi adeo differunt, et nihil tam absurdum, quod non alicui philosopho defensum. Unum sciendum est autores plerumque non tam absurdos esse quam lectori aliquando videtur. Lectores afferunt studium contradicendi, non sumunt sat temporis ad examinandum, aequivocationibus decipiuntur. Autores ipsi saepe aliorum opiniones male referunt, suas ita proponere amant, ut mera videantur paradoxa, cum tamen in iis quae recte concipiuntur nil sit paradoxi. Pro certo quoque habendum est magnorum virorum errores non esse tam graves ac apparent, plerumque magna eos probabilitas decepit. Solent tales sibi conciliare sectatores, itaque oportet fuisse magnam veri speciem. Utile est subtiliorum ingeniorum scire errores, nam horum lapsus et nos possunt decipere. 3^o obj. esse certa quae nullo modo concipiuntur, ut indefinitum numerum partium materiae; revelata etc. Respondeo cum dico falsa esse quae concipi nequeunt, intelligo, cum quaedam quae separatim concipiuntur, non possunt conjungi, ita quae nec seorsim

3 percipit (1) sate (2) praesertim L 12 aliis (1) <certe> (2) bene L 12 possumus. (1) Miramur (2) Miratur L 14 mutant. (1) It (2) Quae L 19 nostrae (1) sive | (2) et ers. | L 19 et (1) <–> (2) sce (3) sejungendae L 27 non (1) solere (2) esse L 32 quaedam (1) per (2) quae L

concipiuntur, non falsa sunt, sed incognita, talia et revelata. 4^o obj. meliora esse aliorum fundamenta ut: acquiescentiam mentis, claram et distinctam cognitionem. Respondeo haec fundamenta esse bona, sed difficultatem esse in eorum usu et agnitione. Necesse est igitur signum seu criterion dari ad distinguendum intellectum ab imaginatione, quod etiam dedi
5 (+ sed hoc signum non procedit nisi agenti cum aliis. Ergone nullum mihi ipsi? [+])

[ad p. 51–52] Data definitione bona, facile agnoscitur non tantum an sit possibilis, sed et quis inde sequatur effectus. Ethici clamant nihil esse virtute amabilius et aptius ad nos reddendos felices quod si definirent recte nempe virtutem esse potentiam in homine ex legibus sanae rationis suam naturam conservandi.

10 Commendant vulgo specificas differentias, sed non docent medium assequendi.

[ad p. 62–64] Differentiae animalium sumendae essent non tam ex externis, ut quod cornuta vel non, sed ex constitutione tum viscerum, tum maxime partium generationi inser-vientium. Tabulae illae vulgares quibus digerunt imaginabilia Entia exigui sunt momenti. Tot facienda genera rerum quot sunt diversae generationes. Considerandus rei locus in quo for-
15 matur seu circumstantia corpora; quae rotunda et dura fuere formata in fluido aequaliter comprimente vel in duro jam rotundo.

11 animalium | maxime *gestr.* | sumendae *L*

12 constitutione (1) ⟨partium⟩ (2) tum *L*